

37  
43

T Æ D A M  
NUPTIARUM SOLEMNIUM  
BERENDTIO.  
BEHEMIANARUM

Anno 1690. d. 10. Octobr.

solemniter celebratarum

illustrare debuerunt

Intus Nominati.



THORVNII,

Typis expressit JOANN-BALTHASAR BRESLERUS,  
Nobil. Senatús & Gymnasii Typographus.





Um glacialis hyems nobis jam magna minetur,  
Impedit & gelido membra tenella gelu,  
Exopto noctem, felix ut molle cubile  
Carperem, at illa suis fræna resolvit eqvis.  
Fufis interea tenebris, fomnoq; sepulta  
Exiguo cum jam membra fupina forent.  
Nefcio qvo fato me candida corpore Nympha  
Tangit, vix tenuit jam mea membra calor.  
Forte Novenarum fallor qvin una Sororum  
Invasit juvenem, fic puto, fic memini.  
Vefte Dex inftar tunc facie mihiq; adftitit alba  
Serta caput circum laurea qvippe gerens.  
Cumq; forem attonit<sup>9</sup>, fomn<sup>9</sup> tum protinus omnis  
Exilit, absq; mora verba *Thalia* canit.  
*Berendt* non novies lætos celebrato Triumphos?  
Mellifluis hymnis cantica non novies?  
Omnia Lætitiâ modo funt animata per Urbem  
Nofttram, cum vobis Carmina læta damus.

Excla-



Exclamo, hæc est ista dies celebranda per ævum,  
Et recte Natis commemoranda piis.  
Ista dies est hæc, quam mente fideq; decenti  
Berendti Nati concupiere Patris.  
Adsis ac venias Frater, Dulcissime Frater,  
Adsis jam tellus quem peregrina tenet.  
Tu nescis nostrum Genitorem carpere plausus,  
Dum sociam fidam nunc capit ille tori.  
Ast nobis Matrem, Genitor jungit sibi Sponsam,  
Votis ut nostram repleat illa Domum.  
Felices Sponsos! nos terq; quaterq; beatos  
Natos, dum hæc nobis Lux peramica venit.  
Vivite Felices! nec fati fors onerata  
Opprimat aut quicquid fertur in orbe mali.  
Porro longævos facies tua computet annos,  
Vive DEO, Sponsæ, vive mihiq; Pater!

*Obsequium hoc amoris & honoris Filialis  
sc.*

JOHANNES FRIDERICUS Berndt/  
Thor. Pruss



*Æta dies iterum, Superis videntibus, orta est,  
Post nigra purpureus nubila Phœbus adest,  
Lurida quæ fuerant mœroris fata, repente  
In fumos abeunt, tempora læta vigent.  
Bis fueras vidui mœstissimus incola lecti,  
Bis jussus lacrymis busta rigare piis.*

*Sed*



*Sed fortuna furens, fors & mutatur acerba,  
 Jam redeunt Domui gaudia grata tuæ.  
 In thalamum quando sociali fœdere Sponsam  
 Ducis, & Idalia tertia vota facis.  
 Dilectam ducis, quâ non mihi gratior orbis,  
 Matrem, vel quicquid machina vasta tenet.  
 Sis thalamo hoc felix, ô urbis gloria nostra,  
 O Thorunensis lucida stella poli.  
 Consiliis cirves doctis qui ritè gubernas,  
 Consiliis florent Templâ Scholæq; tuis.  
 Non vestrum Lachesis, Clotho, non Atropos atra  
 Turbet, nec violet sæva Megæra Torum.  
 Crudeles absint morbi, mentisq; labores,  
 Absit atrox Ate, terribilesq; striges.  
 Vos hominum servet diuûmq; æterna potestas,  
 Vos longâ vitæ prosperitate beet.  
 Semper Amalthea fundat sua munera vobis  
 Cornu, diuitias fundat & ipse Tagus.  
 Gratia cum Nymphis geminisq; sororibus adsit,  
 Andeat & socios ducere blanda choros.  
 Non Eris unanimum vestrum unquam turbet amorem,  
 Lata senes letum donec ad astra vehet.*

Ex filiali officio amoris & honoris  
appos.

MATTHIAS BEHEM.

